Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Puer.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Visual Library

to, intelligitur, niſi enormiter lædatur.

4 Promiſſio acceptanti nomine Eccleſiæ, vel Hoſpitalis facta, transfert dominium, ſecundum quoſdam. Vide *Venditio*.

5 Qui puellam violauit, promittens fictè ſe eam ducturum, tenetur ducere, niſi ſit admodum diſpar conditio: tunc enim ſat eſt alio modo ſatisfacere; quod ſi corrupta erat, ſufficit ei pro iniuria ſatisfacere.

*Qui} *Nau.c.16.n.18.* niſi tanta ſit inæqualitas, vt deceptam ſe dicere nequeat *Syl. Luxuria q.5.* Si nequeat ducere, tenetur dotare, vel alio modo ſatisfacere, ad arbitrium boni viri. *Syl.l.c.* De hac re vide *P.N.l.2.c.3.n.* 434.

Quod ſi } *Nau.c.16.n.19.in fine.*

Pro iniuria } Pro infamia 5. ſi virgo putabatur, idem dicit *Nauar.l.c.* de ea, quæ dolo, fraude, importuniſve precibus cognita fuit: ſed de importunis precibus contrarium ſentit *Carbo de reſtit.q.35.P.N.l.2.c.3.n.444.*

Proximus, vide Charitas, Correptio.

Publicum, vide Manifeſtum.

Puer, vide Cenſura.

1 PVeri ante ſeptennium non ligantur Eccleſię legibus; imò ſecundum quoſdam, nec ante duodecimum cenſuris. Certè infantes non cōprehenduntur interdicto, nec prohibētur ingredi Monaſteria: prohibentur tamen tēpore interdicti ſepeliri in loco ſacro.

*Puer ante} *Vide Cenſura.1.confeßio 3.*

Certè infantes} *Couar in c. Alma p.2. §.4.n.5. Cord.q.60.Syl.interdictum 2.verſ.decimumſeptimum Sayrus l.5.ca.4.n.21. ſed Nau.ca.27.n.168. comprehēdi, ait, idem ait Maiol. l.c.20.de Irreg.n.1.) de pueris doli capacibus.*

*Nec prohibentur} *Sayrus l.c.Nau.com.4.de reg.nu.59.Cord.l.c.* ſi nondum ſeptennium attigerunt.

Prohibentur tamen} *Vide Sayrum l.c.*

Purgatorium, vide Indulgentia, Oratio.

1\. REmittuntur in Purgatorio peccata venialia hic non remiſſa, per diſplicentiam: vel per actum charitatis, in quo virtualiter pœnitentia includitur.

*De purgator.*Val.t.4.d.11.q.1.Bellar.t.2.lib.2.Cath.Scol.in 4.Io.EK.Pereſ.de tradit.*

*Vide *Bellar l.1.c.9.*

Addit} *Sot.4.d.19.q.3.ar.2.* neminem ad decē annos purgatorij pœnis cruciari putat, quæ ſententia diſplicet *Bellar.l.2.c.9.& alijs.*

In purgatorio neque merito, neque culpæ locus eſt V.*Bellar.l.2.c.2.Val.l.c.p.2.*

Animę purgatorio igne vexatæ in gratia ſunt confirmatæ, ac perinde certæ de ſua ſalute *Bellar.l.c.4.Val.l.c.aſſert.2.*

Incertum eſt quam diu cruciandæ ſint animæ purgatorijs cruciatibus.

Ex Beda lib.5.hiſt.c.13.colligitur, quaſdam ani-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN